DE

RHEUMATISMO ACUTO.

DISSERTATIO

INAUGURALIS MEDICA

QUAM

CONSENSU ET AUCTORITATE

GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS

IN

ALMA LITTERARUM UNIVERSITATE

FRIDERICA GUILELMA

UT SUMMI

IN MEDICINA ET CHIRURGIA HONORES

RITE SIBI CONCEDANTUR

DIE XII. M. NOVEMBRIS A. MDCCCXXXIX

H. L. Q. S.

PUBLICE DEFENDET

AUCTOR

SIMON EPHRAIMSOHN

POMERANUS.

Opponentibus:

L. EHRLICH, med. et chir. Dr.

M. PEISER, med. et chir. Dr.

E. JAGEMANN, med. Cand.

BEROLINI,

Typis Fratrum Schlesinger.

LITTERATURA.

m. Gottl. Vogel. Handbuch der praktischen Arzneiwissenschaft zum Gebrauche für angehende Aerzte. Zweite Ausgabe. Zweiter Theil. Stendal 1789. 8.

ntin in Blumenbach's med. Bibliothek II.

o. Ludw. Thaden vom Rheumatism. u. d. Gicht. Erlang. 1804. 8.

tour Versuch üb. d. Rheumatismus. Aus dem Franz. v. Chr. Phil. Fischer. Hildburgh. 1806.

ilson über Entzünd., Rheumatism., und Gicht. Aus d. Engl. v. Tölpelmann. Leipz. 1809.

arus Annalen des klinischen Instituts zu Leipzig 1810.

Jos. Siegm. Bär Abhandl. üb. Rheumatalgie u. Arti

Prag 1817. 8.

C. A. Meyer Versuch einer neuen Darstellung des

schieds zwischen Rheum. u. Gicht. Hannov. 1820

Scudamore Lond. 1827.

Romberg in Casper's Wochenschrift für die ges.

Heilkunde 1833. B. I. S. 17.

Ex omnibus, quae extant, rheumatismi speciebus, quas et in grotis saepius licuerat observare et in libris inveneram deriptas, maxime mihi placuit, de rheumatismo acuto pauca c monere, quae et animo perquirenti bona sese obtulerant et sanandis aegris prospero cum successu adhibita vidi. Neaquam enim meum esse potest, hic repetere, quae alibi jamdum bene legerim exposita, sed rheumatismo acuto paucis scripto, dicere mihi licebit, quae sint propria huius morbi, ae similia aliorum morborum symptomatibus, quae de caus-, de prognosi, de curandi ratione monenda mihi apta videtur.

Signa, quae in rheumatismo acuto pathognomonica extant, ec sunt: primum febris vehemens cum pulsu magno, pleno,

duro; — deinde sudores profusi acidi, qui aegrotum non linquunt, nisi morbo jam remittente, atque hanc ob rem non sublevant; — tum tumores artuum, qui ob liquore cavum articuli exsudatum, elasticam prae se ferunt ind atque, nisi resolvantur, transeunt in hydrathrum. Cutis artubus affectis innisa, plus minus rubra est, mobilitate valde laesa aut omnino sublata; — tum dolores ingentes post pressionem vel minimam maximum adipiscuntur gra quid? quod in situ maxime quieto jam integumenta corp leviora, motus aëris paullulum fortior, haec hisque similia lores reddunt immanes ac prae omnibus vespertino temp mediaque nocte augent; — denique fugacitas affectio rheumaticarum maxima, quae in primis durante nocte s manifestat; articulus, modo tumore atque doloribus correp mox illis liberatur, qui in artus vel remotissimos sese tulerunt; neque ullus est articulus, quem haec affectio o pare nequeat; maxime vero genua infestat, ubi incipere s rheumatismus acutus atque fines sibi constituere; — postr membranae serosae internae simul affectae sunt praecipue cardii, quae res Bouillaud movit, ut venae sectiones coup coup institueret. Affectio pericardii fere constans est; affe vero meningum cerebri, medullae oblongatae etc. raro a tantummodo post curam haud bene institutam animad titur. —

Quibus rebus expositis, decursum morbi mihi licebit pau-
is describere:

Cum rigore et horrore et lassitudine artuum oritur mor-
us, quos statim calor, sitis, inquietudo, anxietas, dolores tra-
entes, anorexia etc. excipiunt atque, uno alterove die elapso,
ebris sequitur. Qua exorta (rarius simul cum febre vel ante
ebrem exortam), altero vel tertio die post unus vel plures
imul vel omnes omnium extremitatum articuli intumescunt, ita
t singulos vicissim artus morbus occupet, ex altero in alte-
um praecipue ad vesperem vel media nocte transiliens, quo
empore febris maximum adipiscitur gradum. Calor haud lon-
um per tempus perseverat, atque mox sudores sequuntur pro-
isi, nec raro acidi. Sitis ingens, lingua est obtecta (et quidem
aepissime muco flavo), ciborum appetentia omnino deest, febre
ub vesperem exacerbescente. Pulsus in febre semper ma-
nus est atque plenus, in hominibus vero constitutione gracili
raeditis, per diem solito minor apparet; frequentia pulsus
aud magno modum egreditur. Maxima negotia excretiones
aturales facessunt aegroto, quippe qui in quovis artuum
fectorum motu maximos sentiat dolores, ita ut, si plures
mul artus rheumatismo acuto occupati sint, aeger quasi
tano vel trismo affectus apparere possit. Articulus, jam
mel affectus, raro usque ad ultimum morbum affectus re-

manet, sed post duos vel plures dies tumor durante m sensim sensimque minuitur, articulus doloribus liberatur, m litatem recuperat priorem, atque alii articuli eodem mo afficiuntur, donec artus, jam antea affecti, iterum iterum corripiantur. Quo modo aegrotus tres vel plures per heb mades affectionibus rheumatismi acuti laborat, neque hic a tollitur, quam sudoribus cessantibus, doloribus paene omnino s latis, urina cocta; immobilitas aliqua, quae in artubus affe remanet, sensim sensimque tollitur atque evanescit. Qui rebus factis atque febre remittente, ciborum appetentia ite augetur, atque dolores artuum, signum illud pathognomonic jam post alteram hebdomadem evanescunt, nisi res exte nocentes in corpus influant; immobilitas, quae remanse artuum non longum post tempus disperiit atque aegrotus culorum usum omnino recuperat. — Ad illa symptomata, buscum rheumatismus acutus, plus minus periculosis, sa sime complicatus est, pertinent haec: 1) affectio co Respirandi difficultates, anxietas cordis, rhonchus s torius, neque commorari potest aegrotus, nisi sed Quae cordis affectio aut usque ad mortem perseverat, in hydropem pericordii, cor villosum etc. transit, aut sim sensimque minuta, hypertrophiam vel alios morbos c chronicos inducit, aut affectio illa cordis omnino evane atque aegrotus sanitatem recuperat perfectam; — 2) Aff

eningum cerebri et medullae oblongatae: Cujus affectionis gna pathognomonica deliria sunt vehementissima, pulsus freuentissimus, plenus, durus, alia, quae in meningitide obserantur symptomata; — 3) Miliaria. Quae sub ultimum demum iorbum solent intrare, irritatione cutis nimia provocata. Quae iiliaria aut febre tantummodo efficiuntur neque aliud sunt, nisi ydroa febrilia, aut angina, anxietate, vomituritionibus etc. omitantur ac praecipue in aëris constitutionibus gastricis et iervosis, prognosin exhibent malam. —

Jam quae sint inter singulos rheumatismo acuto similes norbos differentiae sequantur:

Haud difficile est dictu, quid intersit inter rheumatismum icutum atque arthritidem, quamvis in exercenda medicina diagnosis nonnumquam majori tantummodo difficultate statui possit. Nam et in rheumatismo acuto et in arthritide dolores unt vehementissimi, et quidem in articulis; in utroque morbo ebris adest cum pulsu tenso, duro, pleno; uterque morbus isdem saepissime anni temporibus, nempe vere et autumno, nvenitur et idem fere temporis spatium perseverant. Extant juidem symptomata, quibus, si adsint, morbi illi nonnumquam, mmo saepius, optime possint distingui, neque tamen semper

adsunt, quibus distinguantur. Quamobrem primum hic nominabo signa, quibus nonnumquam morbus uterque di guitur, deinde quibus semper. Differunt morbi inter se, q rheumatismus acutus plerumque non invadit, nisi articulos jores, arthritis vero non solos majores, sed minores digito pedis atque manus; differunt, quod rheumatismus acutus h nem quemque, quavis sit vitae aetate, potest occupare, art tis vero homines tantummodo constitutione abdominali praed et plerumque aetate provectiori infestare solet; differunt, q rheumatismus acutus retrogradus saepissime tunicas sero ut pericardium, meninges, pleuram etc. invadit, arthritis v renes, pulmones etc. occupat; differunt, quod rheumati acuto concretiones terreae in artubus nunquam exoriuntur, q autem in arthritide (in primis si saepius reversa est) anin vertuntur; differunt, quod rheumatismus acutus non intrat, caussa occasionali simul extante, arthritis vero etiam caussis occasionalibus adducitur et periodis certis po revertitur. — Jam nominabo illa symptomata, quae sem certa haberi possunt ad distinguendum rheumatismum acu atque arthritidem: In rheumatismo acuto cum tumore art augentur dolores, minuuntur in arthritide; in rheumati acuto rubor artuum intumescentium vel omnino deest vel m rutilus est et erysipelaceus, in arthritide magis saturatus, prinus; in rheumatismo acuto dolores sunt pungentes, foran

in arthritide; qui rheumatismo acuto laborant multum sudant, in arthritide sudores fere omnino desunt.

Sequuntur, quae intersint inter acutum rheumatismum et chronicum. Etiamsi temporis spatium solum, quod morbus uterque perseveret, ad diagnosin statim constituendam haud sufficiet, aliae tamen res maximi sunt momenti ac nequaquam omittendae: primum febris, quae in morbo chronico omnino deest, cum vehementia apparet in acuto; deinde dolores, qui, quamquam in utroque morbo eundem dolorum rheumaticorum characterem retinent, in acuto rheumatismo tamen vagi sunt, ex articulo in articulum transeuntes, in chronico certum, quem sibi elegerant, tenent locum.

Praeterea etiam atque etiam cavendum est, ne idem putemus febrem rheumaticam et rheumatismum acutum solam ob febrem, quae in utroque morbo adest. Neque enim solum affectiones locales aliam sedem tenent in rheumatismo acuto (fere solos artus occupantes) atque in febre rheumatica (solos musculos tenentes), sed universus totius morbi decursus in morbo alio alius est, quia febris rheumatica aliquos tantummodo dies perdurare solet, rheumatismus acutus tres vel plures per hebdomades; in rheumatismo acuto dolores ex articulo quidem in articulum transilientes, in artubus vero affectis fixi sunt,

in febre rheumatica dolores jam ab initio characterem ten vagum.

Neque minus affectio illa artuum inflammatoria, quae spu est atque extat in rheumatismo acuto, a vera inflammatione, quavis alia caussa provecta, distinguenda est; maxime autem int se differunt ambae inflammationes, quod attinet ad decursum. rheumatismo acuto affectio localis sedem commutat, art vicissim occupans, attamen inflammatio, ab alia quadam caus producta, locum, quem sibi elegerat, certum retinet per toti morbi decursum. Ceterum caussae inflammationum semper si magnis difficultatibus inveniri poterunt, neque est in aliis infla mationibus reactio, pressionem vel minimam sequens, tal qualis in rheumatismo acuto. Quo minus autem inflammatione artuum, rheumatismo acuto productam, cum affectionibus arthr caces commutemur, magna illa symptomatum caterva imped quae in variis arthrocaces speciebus sese manifestant.

A tetano et trismo rigiditas corporis, quae in rheumatisn acuto interdum extat, intumescentia illa artuum, quacum se per rheumatismus acutus conjunctus est, ceterisque functio bus (deglutitione, voce etc.) in tetano laesis, neque tam in rheumatismo acuto.

Haec quidem de diagnostice; jam de aetiologia pauca adhuc monenda restant: Morbus, quamvis rarius apud homines, loco nobili natos, inveniatur, maxime tamen in illis hominibus occurrit, qui cute tenera atque crinibus flavidis praediti sunt. Quod aliis annis nemo hoc morbo infestatur, aliis multi eodem tempore eodem morbo laborant, hac de re elucere videtur, constitutionem esse annuam, quae hunc morbum provocet; neque tamen inficiandum est, rheumatismum calidum unquam oriri, nisi caussa occasionali simul extante. Quas ad caussas occasionales praecipue referri potest refigerium, quod alii unicam caussam habent occasionalem.

Haec sunt, quae de therapia rheumatismi acuti addere velim:

Rheumatismus acutus, quo ex tempore habitus est morbus sui generis, methodo antiphlogistica, maxime extensa, a plurimis medicis curabatur. Neque tamen respexerunt, aliud esse inflammationem genuinam, aliud serosam, et quoad exitum et quoad naturam morbi, atque multum interesse inter crustam pleuriticam, quae in rheumatismo acuto inveniatur et illam, quae in vera inflammatione animadvertatur. (Cfr. Casper's Wochenbl. für d. gesammte Heilkunde 1833. B. 1. S. 17.) Jam externo habitu atque re vera distinguuntur crusta sangui-

nis, quae diathesi rheumaticae omnino est peculiaris, atque il
quae in inflammatione phlogistica apparet. Sicuti stratum
nue sebi, liquefacti iterumque rigentis superficie glabra praedi
crusta sanguinis rheumatica velocitate oritur maxima, cruore
sanguinis totum tegit ac postquam sanguis serum excrevit, crus
parietes vasis omni circuitu implet. Aliter res se habet in crus
phlogistica, quae, textura densiori praedita, sensim sensimq
contrahitur, ita ut in media crusta oriatur cavitas marginib
elevatis, atque hoc modo formam teneat Agarici campestri
Eo, quod serum mox a cruore, crusta inflammatoria a mar
nibus vasis secedit, crusta haec insulae formam accipit, res, qu
in crusta rheumatica nunquam occurrit. Huc accedit, quod cr
sta phlogistica, quae extat in vera inflammatione, venaesecti
nibus, iterum iterumque repetitis, tollitur, neque tamen illa, qu
in rheumatismo apparet, crusta. Praeterea si in vera infla
matione saepius repetuntur venae sectiones collapsus viriu
semper eodem gradu intrat, quo vena erat secta; in rheum
tismo calido autem vires post venae sectiones saepius rep
titas, ambitu multo majori minuuntur. Quae quum omnia aut
minus respicerentur, atque rheumatismus acutus pro vera
flammatione haberetur, methodus antiphlogistica, quam pot
maxime, extensa est atque a Bouillaud coup sur coup institu
sunt. Attamen post tales venaesectiones, saepius instituta
haud raro intrant exsudata, atque major numerus aegrotoru

n hac methodo tractati erant, exsudationibus (hydrope peri-
rdii etc.) perierunt, alios vero, qui auxilio medici omnino
ruerant, feliciter sanatos vidi. Neque minus sanguinis de-
ctiones locales cautissime adhibendas habeo. Methodus,
or adhuc, quam venae sectio adhibita et postea simul cum
nguinis detractionibus ordinata, usus fuit nitri, a medicis Angli-
usque ad unciam pro die porrecti, cui medicamini tartarus
biatus in dosi refracta additus est. Horn et qui eum se-
untur, remedia emetica adhibent iterum iterumque, et quidem
ospero cum successu. Peschier tartarum emeticum eodem
odo, quo in pneumonia, magnis dosibus adhibet. Methodus
phoretica ex illo inde tempore omnino relicta est, quo me-
ci viderant, sudores tantummodo symptomaticos esse in rheu-
tismo acuto et nequaquam elevare aegrotum; quid? quod
lemus, illam methodum saepius magis nocere, quam proficere
orbo. Recentiori tempore Romberg, quod Lentin jam antea
derat medicamen in rheumatismo chronico, in rheumatismo
uto et ipso adhibet; dat hydrargyri muriatici corrosivi grani
ius partem quartam ter per diem in forma solutionis vel pi-
arum. Complicatione gastrica simul extante, ante Mercurium
blimatum porrectum ordinat aegroto remedium emeticum; ac
dolores gastrici adsint Mercurio sublimato simul parvam opii
antitatem conjungit. — Illam curandi viam atque rationem,
am equidem in curando rheumatismo acuto saepius vidi ex-

ercitam, et quidem prosperrimo cum eventu, liceat mihi hic brevi exponere: Accipit primum aegrotus remedium emeticum, post quod symptomata morbi plurima, in primis vero dolores artuum, minuuntur. Quae si longius per tempus ita perdurent ac nisi organa interna, praecipue cor, simul afficiantur, aegrotus accipit primo bis, postea semel remedium emeticum per hebdomadem, usque dum febris mitigata sit. Dolores artuum si magnum gradum adepti, aut si organa interna affecta sint, aegrotus accipit plures doses calomelanos. Postero die Mercurius dulcis eodem modo porrigitur; intermittitur vero, si dolores levantur aut si timendum est, ne ptyalismus intret. Morbi gradus si indicat, ut hydrargyrum plures per hebdomades adhibeatur, tunc Mercurio intermittitur illis diebus, quibus remedia emetica porriguntur. Ad locales affectiones mitigandas quamquam remedia externa omnia supervacanea sint, tamen haud displicet, si articulus affectus lana pingui involvatur, vel si epispastica ad illum applicentur; cautius vero infrictiones pinguedinis vel applicatio hirudinum adhibendae sunt.

Quibus rebus expositis, licebit mihi paucos hic, quos ipse vidi aegrotos, memorare, quo magis liqueat, quam felix semper

fuerit exitus rheumatismi acuti, remediis emeticis ac Mercurio dulci adhibitis, multo vero saepius infelicem habuit eventum morbus, si venae sectiones institutae erant.

I. RHEUMATISMUS ACUTUS CUM MENINGITIDE MEDULLAE SPINALIS COMPLICATUS.

A. A. vir juvenis, annos duodeviginti natus, bene nutritus, ex diebus sex rheumatismo articulorum acuto laborare incepit. Nihilominus tamen aegrotus aëris tempestatibus sese exposuit, et ad morbum jam extantem dolores eximie trahentes in extremitatibus et in columna vertebrali rigiditas magna accesserunt, dum tumores articulorum sensim sensimque cesserunt. Solutionem salis neutri quum aeger sine effectu sumsisset, ex medico petiit auxilium septimo die post morbi introitum, tertio die post rigiditatem columnae vertebralis intrantem. — Medicus aegrotum hoc invenit in statu: Pulsus fuit magnus, durus, fre-

quens, cutis bene transpirat, tumor in genu sinistro haud gnus, et post genu contactum dolorem maximum percipit aegr dolores in extremitatibus eximii, et caput et extremitates ac bene possunt moveri, partes vero aliae corporis rigiditatis ximae habent indolem. Pressio in processus spinosos v brarum dorsalium infimarum ac lumbalium maximos efficit lores, quos in vertebris dorsi, sursum spectantibus, ac vertebris colli ne minime quidem sentit aegrotus. Cereb quidem liberum sese habet, intrant tamen interdum deliria, q ipse vero aegrotus extare scit ac intrantia repudiat. Ordin fuit haec: Venae sectio adhibetur unciarum sex, usque pulsus durities, frequentia, magnitudo diminutae sint, cu bitae ad medullam spinalem applicatae sunt, unguentum drargyri cinereum infricatum est; interne adhibetur:

Rcp. Tartari stibiati gr. vj
solve in
aq. destill. ℥vj
Syrupi Rubi Idaei ℥j
MDS. Horis alternis cochlear majus.

Quam post ordinationem sudor paullulum auctus alvus copiosior solvitur, durante nocte deliria intrant, quietu

lde turbata, columna vertebralis mobilior est. Diei sequen- tempore matutino aegrotus jam quietior est et resipuit, rsum eodem modo rigescit, quo antea, facies maximae an- tatis indolem exhibet, semper tamen adhuc rubra apparet; lsus vacuus, irregularis, et medio die aegrotus mortuus est, um matutino adhuc tempore digitalem accepisset cum Mer- rio dulci.

RHEUMATISMUS ACUTUS, CUM PERICARDITIDE COMPLICATUS.

F. H. homo juvenis, viginti annos natus, structura corporis errima, qui infans scrophulis laboraverat atque puer decem orum prima vice in rheumatismum acutum erat delapsus, illo inde tempore jam ter hunc morbum feliciter superaverat; per autem post unumquemque insultum, quem aegrotus refrigeratione inter aëris constitutionem humidam con- erat, quattuor menses usque ad sex necessarii fuerant ad

sanitatem completam recuperandam. Qui quum cibis obrutus, durante nocte aëris tempestatibus sese exposuisset, sequente die languore maximo, hebetudine, tristitia laboraverat, ac tertio die tumor articuli in olecrano dextro apparuit atque tempore vespertino calor solito major. — Die XVIImo. mensis VIImi. matutino tempore calor valde diminuta erat, tumoris autem magnitudine aucta cum doloribus ingentibus, ac fluctuationes in tumore sentiri possunt. Usque ad diem XXIIIum. ejusdem mensis morbus normali modo decurrit, pulsu magno, pleno, duro, frequente, sudoribus eximie copiosis, tumoribus artus vicissim occupantibus, paresis maxima articulorum morbo affectorum. Quo tempore in artubus ipsis medicamina localia non applicata sunt, atque interne sumtum est solutionis tartari stibiati gr. jj in aq. destill. ℥jv horis alternis cochlear majus, ita ut die quoque tartari stibiati gr. j adderetur, et die XXIIIo. illo jam gr. vjβ per diem darentur. Qua re facta, vomitus tantummodo die primo frequentior intraverat, diebus vero sequentibus ne vomituritiones quidem comparuerunt et alvus bis vel ter per diem soluta est. — Die XXIIIo. ipso otitis cum magnis capitis doloribus apparuerunt et post sinapismos suris impositos, tempore vespertino deliria intraverunt. — Postero mane, die XXIVto. caput fuit liberum, otitis evanuerat, sed de pectoris doloribus conquestus est aegrotus. Hirudines applicatae sunt in pectus et emplastrum cantharidum, atque interne ordinatur:

Rep. Inf. hb. Digital. (ex ℈j) ℥vj
Nitri dep. ʒjj
Syrupi Althaeae ℥β
MDS. Horis alternis cochlear majus.

Die XXVto.: Anxietas cordis majorem gradum adepta est, pulsus magnus, plenus, tardus, deliria atque dolores capitis, qui hucusque vesperibus semper apparuerant, heri non reverterant. In percussione auditur sonus obtusus in regione cordis; inter auscultationem auditur rhonchus serratus. Aegrotus nullo modo in lateribus, sed tantummodo in dorso succumbere potest. Cordis regionem comprimi bene perfertur, nihilominus tamen oppressio major est, dolores prementes et obtusi semper adhuc sentiuntur. Respiratio quidem superficialis, sed inspirationes altiores ne minime quidem dolorificae sunt. Solo in humero dextro compressio articuli dolorifica evadit, neque tamen tumor articuli animadverti potest. Pulsus idem, sudor copiosissimus; urina turbida cum sedimento lateritio. Aegrotus diebus ternis pediluvium accipit calidum e seminum sinapeos contusorum uncia una paratum, in quo balneo per minuta circiter quattuor aeger remansit. — Die XXVIto.: genu sinistrum dolorificum factum est, rhonchus serratus melius auditur, aegrotus de doloribus in pectore minus conqueritur. — Die XXVIImo.: articulus genu neque dolorificum est, neque tumor ejusdem

apparet, dolores asthmatici maximi, rhonchus serratorius ingens; pulsus semper adhuc magnus, plenus, sed frequentior. Infusum herbae digitalis, pediluvia e seminibus sinapeos parata reiterantur et in circuitu genuum emplastrum cantharidum applicatur in fasciam linitam. — Die XXVIIIvo.: symptomata eadem, aegrotus caducus, in vesperem exacerbationes maximae. Ordinatur:

Rep. Calomelanos gr. jj
Extr. Hyoscyami gr. j.
Sacchari alb. gr. v.
M. fiat pulv. Dispensentur tales doses Nro. VIII.
S. Horis alternis pulvis unus.

Die XXIXno.: pulveribus nonnullis adhibitis anxietas cordis eximie diminuitur, rhonchus ille vero fere idem est; ceterum aegrotus eodem modo se habet atque antea. Ordinantur: Calomelanos grjj interne, horis alternis sumenda, et pediluvia e sinapi parata quotidie duo adhibentur. — Die XXXmo.: adhibito Mercurio dulci dolores pectoris omnes cesserunt, aegrotus se ipse jam potest erigere in lecto; rhonchus minus auditur, sudatio jam magna ex parte diminuitur, sed hydroa paene in maxima corporis superficie apparuerunt. Tussis adest aliqua, cum sputis conjuncta. Periculum in sanando morbo

quum minus appareret, Calomelanos usus expositus est, ne ptyalismus oriretur, atque sola pediluvia et emplastrum Cantharidum, pectori impositum, adhibita sunt. — Die VIImo. mensis sequentis (VIII vi.) rhonchus ille fere totus evanuerat, aegrotus jam appetentia ciborum utitur, sed laborat adhuc virium defectu; qua de re aquam accepit Selteranam et die XVIImo. ejusdem mensis aegrotus omnino bene sese habuit, neque quidquam anomali in ictu cordis animadvertitur. — Quae res quum ita sese haberent, haud inficiandum est, pericarditidem hoc in casu cum rheumatismo acuto esse conjunctam. Nihilominus tamen venae sectio omnino omissa est, ne forte exsudatio, in talibus inflammationibus maxime imminens, eo citior atque periculosior intraret. Quae methodus exspectativa optimum habuit eventum, atque haud scio an inflammationes, quibuscum saepissime rheumatismus acutus est conjunctus, inflammationes sint sui generis, quarum in decursu, ut ad felicem eventum producatur morbus, pulsus magnus, plenus, duriusculus retinendus est, atque sanguinis detractiones maxime evitandae sunt.

III. RHEUMATISMUS ACUTUS CUM RIGIDITATE COLUMNAE VERTEBRALIS.

F. S. annos triginta et unum nata, hominis mercenarii femina, flavicomans, quae jam plures liberos peperat, in aëris temperatura humida atque pluvia, ovibus multis lotis, dolores in artubus trahentes senserat, qui mox calore augentur. Articuli intumescunt et eximie dolorifici fiunt. Artubus affectis unguentum cinereum infricatur et morbus humerum dextrum occupat et coxam et genu. Die XIIdo. mensis Maji jam ex quattuor diebus aegrotus doloribus maximis laboraverat, pulsus haud magnus, modice frequens, sudor copiosissimus. Praeterea menses jam ex duobus diebus intraverant, sed solito minus copiosi fluunt. Ordinatur remedium emeticum. Die XIVto. menses jam evanuerant, genu alterum minus intumescit et minus dolorificum est, sed vertebrae colli afficiuntur, atque aegrota sese neque movere, neque erigere potest. Dolores in aliis artubus augentur, quin artus manus dextrae intumescunt et dolorifici evadunt. Ordinatur:

Rep. Calomelanos

Extr. Hyoscyami aa grj.

Sacchari albi gr. vjjj.

M. fiat pulv. Dispensentur tales doses Nro. VI.

S. Ter per diem pulvis unus.

Doloribus mox minutis aegrota die sequente remedium emeticum accipit. — Die XVIImo. medicaminibus omnibus intermittitur. — Die XVIIImo., doloribus gradum maximum adeptis, quum non solum artus intumuissent, sed etiam in columna vertebrali rigiditas maxima extaret atque pressio in processus spinosos plurimarum vertebrarum dolores ingentes efficeret, accipit aegrota et die XVIIImo. et XIXmo. pulveres quattuor, quorum quodque Calomelanos grjj. continuit. Qua re facta, morbus eximie diminuitur, neque enim artus affecti sunt nisi tumore parvo et doloribus valde diminutis, et in digitis rigiditas aliqua apparet atque tumor. — Die XXImo. remedium emeticum reiteratur — Die XXIIdo. foetor oris incipit omnesque alii prodromi ptyalismi intrant, qui vero non exoritur; et quum neque remedium emeticum neque calomelas sumi potest, medicaminibus omnino intermittitur. Dolores jamjam non extant, nisi in motibus; ceterum aegrota quieta potest succumbere. Die XXVIImo. post remedium emeticum quartum omnis artuum intumescentia evanuerat, rigiditas tantummodo in artubus, antea affectis, atque in motibus artuum

dolores trahentes cum tensione, prae omnibus in genu, in calce, in humero dextro remanserant; quam ob rem mixtura haec ordinata est:

Rcp. TR. semin. Colchici

TR. Scill. kalin. aa ℥j.

MDS. Horis ternis guttae decem sumantur.

Quo facto artuum mobilitas sensim sensimque rediit, ita ut aegrotus die Xmo. mensis Junii jam in publicum prodiret atque duabus hebdomadibus praeteritis, foris jam labores obiret.

Quibus rebus narratis, quum longum mihi videatur, plures adhuc aegrotos, eadem via atque ratione curatos, describere hic, sufficient, quas jam attuli, morbi historiae ad sustinendam illam sententiam, quam de remediorum emeticorum usu Calomelisque in rheumatismo acuto laudaveram, quamquam multo plures, hoc morbo eximie laborantes, ad sanitatem regressos vidi, adhibita eadem curandi methodo.

VITA.

Simon Ephraimsohn, anno hujus saeculi decimo sexto Pyritis, oppido Pomeraniae natus, fideique veteri addictus, patrem optimum, Gabrielem Hirsch, jam defunctum etiam atque etiam lugeo, matrem vero dilectissimam Joannam, de gente Liebreich, vivam adhuc, gaudeo atque veneror. Jam ex puero gymnasium frequentavi Stargardiense, quod in patria urbe sub auspiciis Ill. Falbe adhuc floret et praeter hunc Directorem optimum a ceteris doctoribus, Dr. Helmke, Dr. Wilde, Dr. Teske, Dr. Schirlitz, viris celeberrimis, humanissimis, maxima cum benevolentia eruditus, testimonio optimae notae oblato, patriam urbem reliqui. Quo facto et duobus annis varias ob caussas interpositis, Berolinum me contuli et ab Ill. Busch, t. t. Rectore Magnifico, numero civium academicorum

almae universitatis Friderici Guilelmi adscriptus, scholam medicam coram Ill. Mueller t. t. Decano maxime spectabili, professus sum. Ex illo inde tempore virorum Illustrissimorum et Experientissimorum hisce interfui praelectionibus:

Ill. Burmeister de historia naturali medica.

Ill. Dove de physice experimentali.

Beat. Gans de philosophiae historia.

Ill. Hecker de encyclopaedia et methodologia medica; de pathologia generali atque symptomatologia; de historia medicinae aevi recentioris.

Ill. Horn de therapia speciali nec non de morbis syphiliticis.

Ill. Kunth de botanice.

Ill. Lichtenstein de zoologia.

Ill Mitscherlich de chemia experimentali ac de chemia organica.

Cel. Mitscherlich jun. de materia medica.

Ill. Mueller de anatomia corporis humani universali et organorum sensuum.

Ill. Romberg de diagnostice.

Ill. Schlemm de osteologia atque syndesmologia.

Ill. Schultz de physiologia.

Ill. Trendelenburg de logice.

Artem cadavera rite dissecandi Ill. Mueller et Ill.

Schlemm me docuerunt; operationes singulas, duce Ill. Schlemm, in cadaveribus institui.

Ad praxin medicam, chirurgicam, ophthalmiatricam, et obstetriciam exercendam Ill. Wagner, Ill. Wolff, Ill. Truestedt, Ill. Juengken, Ill. Barez, Ill. Rust, Ill. de Graefe, Ill. Dieffenbach, Ill. Kluge me instituerunt.

Tentaminibus tam philosophico quam medico nec non examine rigoroso coram gratiosa medicorum facultate rite absolutis, fore spero, ut dissertatione thesibusque defensis, summi in utraque medicina honores in me conferantur.